

Speculum salutare choree Macabii.

Discite vos choreā cuncti qui cernitis istam.
Quantum proest honor gloria diuitie

Tales estis enim matura morte futuri
Quales in effigie mortua turba vocat.



Hec pictura decus. pompam. luctum q̄ relegat.
Inq̄ choris nostris linquere festa monet.

Est cōmune mori mors nulli parit honori.

Mors fera. mors nequā. mors nulli parit et equā.

Lunctis dat legem tollit cū paupere regem
Ergo time quisquis celsos ascendis honores.

Auctor

Creatura rationalis
Que eternam vitam desideras
Hec doctrina tibi notabilis
Est: si ipsam bene consideras
Hic quilibet adiscit choreas.
Hanc choreā macabii nominans
Hec est via super omnes vias
Nulli parcens omnia criminans.

In hoc potest speculo legere
Omnis homo tendens ad tumultum
Sapiens est qui scit se videre
Mortuus dat diuienti speculum
Tu maiores vides ad oculum
Hanc choream conducere: quia
Diuentium corpora singulum
Fabricantur vna materia.

a ii